



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 62. Initium Ligæ, seu sancti fœderis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

**Sæcul. XVI.** batur, eandemque gratiam Colinio maris Præfecto, Briquemaldo, Cavanio, Montgomerio Comiti, & Puteo Montbrunio impertiebatur. Denique Calvinistis permittebat, ut Consistoria, & Synodos habere possent, ea tamen conditione, vi cuius regius quidam Minister illis interesset, prout etiam prohibebat, ne intra regnum ullus liber, nisi prius a loci Ministris sedulo examinatus divenderetur, aut libelli famosi typis vulgarentur: præcipue autem articulo decimo sexto sanctum, ut in omnibus publicis monumentis, & diplomatis, ubi de Calvinistarum hæresi mentio fieret, semper ea vocaretur prætensa religio reformata. Tandem in capite decimo iidem Calvinistæ obstringuntur, ut in matrimonii contrahendis circa consanguinitatis, vel affinitatis gradus Ecclesiasticas leges observarent.

### §. LXII.

#### *Initium Ligæ, seu sancti fæderis.*

*Thu. l. 63.*

*Avila l. 6.*

*Maimb. hist.*

*de la ligue*

*l. I.*

**H**oc edictum, eo quod Calvinistis longe magis, quam priora omnia, faveret, non parum irritabat Catholicos, inter quos magis fervidi in variis locis fœdera inire fatigabant, obtententes, quod veram religionem contra ejus inimicos tueri vellent; jam enim dudum de ejusmodi fœderibus agebatur,

tur, ut hæresis progressus sisti, ac præ- Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.  
pediri possent, ne religio Catholica Se-  
ctariorum molitionibus, ac violentiis  
succumberet: eapropter Lotharingius  
Cardinalis in Tridentina Synodo præ-  
fens præcipuis sacri hujus confessus Pa-  
tribus, aut per eos ipsi summo Ponti-  
fici exponebat, quod ad religionem  
contra hæreticorum impetus conservan-  
dam nullum securius esset medium,  
quam armorum societas, cui omnes  
Principes, & Proceres fidei Catholicæ  
addicti, ac præcipue Hispaniæ Rex no-  
men darent. His quoque addidit, ne-  
cessse esse, ut Papa hujus fœderis Pro-  
tectorem se se declararet, illiusque Du-  
cem feligeret, cui ceteri canes Catho-  
lici morem gerere tenerentur. Placuit  
hoc consilium, atque in fœderis Prin-  
cipem Guisius Dux Lotharingii Car-  
dinalis Frater destinabatur, eo tempo-  
re, quo illum ab hæreticis trucidatum  
fuisse nuntiabatur: nec tamen propter-  
ea Cardinalis a suo proposito destitutus  
sed undecim, aut duodecim annis su-  
persedit, usquedum juvenis Guisius Dux  
Henricus ejus Nepos consilium exe-  
quendo par evaderet. Tum eandem  
rem summo Pontifici, atque Hispania-  
rum Regi exposuit, qui unaomnes va-  
riis licet rationibus permoti huic fœde-  
ri accesserunt; quippe Papa religionem

Y 3

Ca-

Sæcul.XVI. Catholicam tuendi, hæresesque extirpandi desiderio, Hispaniæ vero Rex belli tumultus, qui ex hoc fœdere in Galliis orirentur, in rem suam vertendi studio ad amplectendum hoc consilium adigebatur: interea vero Lotharingius Cardinalis vivis eripiebatur.

§. LXIII.  
*Parisenses præ ceteris primi huic fœderi adhærentes.*

*Thu. l. 63.*

Hoc consilium executurus juvenis Gui-  
sius Dux factionem sibi conciliare  
nitebatur, cuius potentia fretus poti-  
fimam Galliarum partem subjecere pos-  
set, porro cum nuperum edictum a Re-  
ge promulgatum ad iunctoandum hoc  
fœdus opportunam occasionem suppedi-  
tare crederet, seque illius caput nomi-  
naandum speraret, hinc per suos emis-  
arios populis exponebat, quod postrema  
hæc concordiæ pacta nequaquam ferendæ  
sint, ac proin adversus ea conqueri  
debeant, eorumque querelas virium po-  
tentia, atque auctoritatis pondere sus-  
fultum iri sciant. Eadem hæc ratio-  
num momenta præprimis Parisiensibus  
proponebantur in quodam ferventi col-  
loquio, quod quidam Unguentarius no-  
mine Petrus Bruyerus habebat, ipse  
enim, ejusque Filius Matthæus Curiæ  
criminalis Consiliarius præ ceteris pri-

mi